

Ælian. Proprietat Hyane.

Cap. 14. Snam canibus umbram iniecit, quos statim mutos reddidit, & tanquam veneficio quodam eorum sensus perstringit. Idem Contr. Gesner. de Quadrup. L. H. Barthol. Anglic. de Propriet. rer. lib. 18. cap. 59. Causin. lib. 7. Symbol. 59. & Text. in Offic. lib. 7. cap. 27. Fascinationem Leonis ex aspectu Galli autumant Plinius lib. 8. cap. 18. & Lucretius lib. 4. de Rer. nat. vers. 714.

Leonem ef-faciat gal-lui.

Nenu queunt rapidi contra constare leones, Inque tueri: ita continud meminerere fugat. Nimirum, quia sunt gallorum in corpore quadam Semina, quæ cum sunt oculis immissa leonum, Pupillas interfodiunt, ac remque dolorem Præbent, ut nequeant contra durare feroces.

Lucret.

Proprietat muscia.

Mustela rutæ se defendit contra Basilisci & aliorum venenatorum serpentium fascinum, ut dicunt AA. præf. & Lev. Lemnius ubi dudum, ex quibus Langius lib. 2. Epist. 36. & Ronseus, Epist. 48. Pro cunctis Ælian. lib. 1. de Animal. 35. Fascinantium oculos (inquit) etiam rationis expertes bestie, natura quadam arcana & mirabili cavent. Nam palumbi fascinationis amuletum laurinos ramos tenues primum colligunt, deinde ad custodiam pullo-rum in nidos imponunt. Milvi autem rhamnium, circi (id est, accipitres) ciciorum silvestre, turtures iridis fructum (hoc est lilij carulei corvi viticem) Perdes arundi-nis coman legunt, turdi ramos myrti, gramine alauda se tuctur, aquilla gentili suo lapide ætite (Vernacule: Piedra preñada) quem & mulieribus commodum est, & abortibus aver-sari prædicant. De quo etiam Lemnius, ubi supr.

Amuleta vo-lucra pro fascina.

Hominum.

50 Hinc alexipharmaca, seu potius amuleta tot excogitata maxime à feminis, quæ vocant Fascinina, & antiqua potius magica, quam naturalia: & quæ modò plura super-fictiofa. Superfideo referendis propter brevitate: si flubet, vide Plin. lib. 28. cap. 4. Turneb. Advers. lib. 9. cap. 28. Pier. lib. 4. cap. 5. La-Zerd. in Eclog. 3. Virg. Plutarch. 99. convivo. cap. 7. Varron. lib. 6. de Ling. Lat. Bisciol. ubi supr. Dalecamp. in Plin. lib. 7. cap. 2. & lib. 28. cap. 4. Lorinum, Maluend. Aponte & Alapid. in Sapient. 4. Roborari solet nostra conclusio ex vi imaginationis, de qua Zachias ubi supr. num. 6. Lemnius lib. 1. cap. 3. & ex affectibus prægnantis in fetum impressis. Unde Porta loc. cit. ait: Nonne prægnantis aviditas inscit tenerum fetum rei ægnitæ notat? Sic ubi perniciose no-cendi cupidus acris micat ex oculis, & Levinus Lemn. lib. 1. cap. 4. & 5. quæ infirmis Pica dicitur, à Græcis Malacia, ubi plura & pulchra invenies. Sic venenum fascini, fi-cut aggravari vulnera (ait Plinius lib. 28. cap. 3.) introitu eorum, qui unquam fuerint serpentium, canis for dente lesi.

Nota in fo-tu ex ma-tris avidi-tate. Post.

Plin.

51 Verum fortius firma ex fascino ab amore, ut latè tractat Bisciola lib. 3. cap. 1. & Marsil. Ficin. in Sympof. Platon. cap. 4. Duplex fascinum exprimit Porta: amoris & odij scilicet. Si pulchri desiderio, formeque concinnitatis, per oculos venenum hauritur, & venusta spectrum forma amantis cordi residet, & igniculos succendit, sui que ipsius san-guine rutilans relucet, in se non quiescit, si ab illo trahitur, ut vulnerati sanguis in vul-nerantem labitur, unde Lucretius:

Fascinum ex amore, & odio.

Lucret.

Idque petit corpus, mens ubi est saucia amore, Namque omnes plerumque cadunt in vulnus; & illam Emicat in partem sanguis, unde icimar iætu. Etsi cominus est, tunc ruber occupat humor.

Mantuan.

Sic malevolentie virus: effascinati noxia admodum, maximeque in vetulis reperitur, Baptista Mantuan. Eclog. 1. vers. 48.

Propert.

Ludit amor sensus, oculos prestringit, & aufert Libertatem animi, & mira nos fascinat arte.

P. Syr.

Urit videndo femina. Quapropter Propertius lib. 1. Eclog. 1. vers. 48. Cynthia prima suis miserum me cepit oculis, Contractum nullis ante cupidinibus.

Mulsens.

Ubi Passeratus: Alludit ad contagia morborum. Publius Syrus ingeniosè: Amor, ut lacryma, oculis oritur, in pectus cadit. Fit via trans oculos, oculi figuntur, ab iætu Vulnus in alta virum sensim præcordia manat.

Ait Mulsens de Herone & Leandr. Si fascinum ex amore, nequit ex odio? Audiamus Delrium quasi palinodiam cantare, post ergo Valleio respondebimus. Amantium oculi (ait

v. 452. in Hercul. Oetæo iam cit.) nescio quid maleficium, & incantatorium in se ha-bere videantur. Ecce vidisti mulierem, placuit: hæc affectio, quam videndo hausisti, ab oculis ad cor transmittitur: eam vocamus amorem. Oculi itaque bis facibus pleni in ami-cæ aciem oculorum intenti, igniculos, seu radios suos in radios oculorum amicae immittunt, & eos contagione sua insciant. Si qui in lipporum oculos visum incidunt, lipitudi-ne tanguntur; cur non amantium oculi, subtilissimo purissimi & acerrimi sanguinis va-pore venenato imbuti, invicem mixtis radijs, contagionem suam communicabunt, & ita veneno ad cor transmissio, facient, ut uterque mutuo amore incipiat deflagrare? Si amor venenum, quid odium? An hoc est arte vel pacto saltem implicito cum demone? Ho-mines naturaliter, & physicè, quæ placent, amant: fascinatio ergo erit physica, & na-turalis, si amor physicum, & naturale fascinum.

Delr. Male nega-tur fascini, dum ex amo-re concedi-tur.

52 Verum quia dixi supr. num. 36. abijciendum omne voluntarium, etsi aliquan-do connotandum; quia amor, & odium, livor, vel plausus voluntaria sunt, delicabo brevi quomodo sic videns, veli nolit, fascinum introducat, ut constet non vulgaris fascinatio, sed naturalis, nec ex pacto demonis. Oculis radiorum aculeos in contu-en-tis regione oculos iaculatur: hinc virus transfadigit oculos, & aspecti, atque oculorum mucrone percussis, præcordia corque convulnerat. Unde ex ophthalmicis, & lippis in sana lumina morbus. Ex Richardo Quodlit. 3. q. 12. refert Delrius loc. cit. Disq. mag. lit. C. Videmus enim hominem, patientem in oculis, quandoque aspectu suo la-dere hominem, qui ipsum aspiciit: quod contingit ex hoc, quod oculi mala qualitate infecti, aërem medium insciant, & aër infectus oculos directos ad oculos infixos inscit; eò quod secundum rectam lineam, & directius illa infectio derivatur ad oculos aspicientium, quam non aspicientium multum, ad hoc cõperante imaginatione illius, qui aspiciens ocu-los infirmos, imaginatur se ledi. Ego expertus sum in meipso, me quandoque non potuisse tenere aciem visus, nisi cum difficultate directè contra oculos illius, qui infirmitatem pa-tentem in oculis patiebatur. Ita ophthalmici: haud aliter fascinantes: igitur sanguinem in oculorum membranis, tunicis & retibus multum & putridum habent, quem per halitum aut evaporationem dissolvi insat: siquidem præter naturam in oculos collectus sit. Unde cum putres spiritus ex oculis fascinatoris spirantes oculos aspicientium percussant, percussioneque ledant, oritur fascinum, quo contagio aspectus, uti corde percussus male habet. Hanc rationem asert Philipp. Beroaldus in lib. 10. Apul. Metam. additque Fracastorius de Sympth. & antipath. cap. 24. Non solum infantes, sed & grandiores fascino affici. Causa subest. Sive amoris, sive invidiæ affectus, tum ex tristitia, tum ex benevolentia, tum denique ex iracundia, summè præcordia commovet. Benevolentia (ut in laude, & complacentia) & iracundia, ex appetitu vindictæ, dilatat cor. Livor ex displicentia cor æstivans comprimit, & quicquid putrium spirituum in oculos mittit. Itaque cum aditus, ostiaque pervia pateant recluso veneno, à fascinate illicè cicula-tur; quippe sanguis putridus tunc halat, & in aspicientium oculos per visus radia va-porat.

Malignitas fascini à sanguine pa-irido.

Richard.

Quomodo in oculis pat-irrescit?

Fracastor. Cur aliquo bono, aut malo affe-ctus per ocu-los egredi-tur?

53 Optimè dixit Bisciola num. 32. fascinationem posse oriri à corpore, & ab ani-mo, & ab utroque. Semper igitur est in oculis sanguis virulentus, & spiritus lethigeri; sed non semper ab animo commovetur. Ab animo, nimio calore possunt gigni; sed in oculis, ad quos perferet cruorem, qui tristitia, aut malevolentia putrefcit; maiorque vis est in fascino, modò acri commotione spirituum, putri iam sanguinis sit patulum ostium. Hinc etiam in laudem prevenit plausum fausta precatio, ne dilatatione cordis præ læ-titia, & sanguinis præ dilecti complacentia, lingua ut oculus noccat. Ut observant Lan-gius lib. 2. Epist. 36. & Fracastor. ubi supr. cum Henric. Salmuth. in Pancirol. p. 2. titul. 15. & Brillon. lib. 8. de Formul. Superfitiones audi ex Plinio lib. 28. cap. 4. Despuimus Comitales morbos: hoc est, contagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus. Veniam quoque à Deis spei alicuius audacioris petimus, sinum spūendo etiam. Eadem ratione ternà despuere deprecatione: & in omni medicina mos est. Alia pro-sequitur insulsißima Christiano palato, & etiam Plutarchus, ubi supr. In sensu Topolo-gico dicemus aliqua in Didascalij, & pro amuleto virginum in fascinationem audiendum est Tertulianus de Veland. Virginib. cap. 15. Vera & tota & pura virginitas (inquit) nihil magis timet quam semetipsam. Etiam fornicarum oculos pati non vult: alios ipsa oculos habet: confugit ad velamen capitis quasi ad clypeum, quasi ad clypeum, qui bonam sumum protegat adversus iætu tentationum, adversus iacula scandalorum, adversus suspi-ciones & susurros & amulationem, ipsum quoque livorem: nam est aliquid etiam apud Ethni.

Fascinum ab ocio, ab animo, & ab utroque. Unde lin-gua nocuat.

Saliva in fascinum.

Plin.

Laur fasci-num virtuti.

Tertul.

Ethni.

Ethnicos metnendum, quod fascino vocant, infelicioris laudis, & gloria enormioris eventum. Timebit itaque virgo sanctior vel in nomine fascino. En virginum amuletum in virulentiam fascinationis, nimirum velamen capitis.

54 Verum quia dicit, Virgo sanctior; aliquid latet, quo sanctitas fascinetur, scilicet philantia, de qua in Diad. 6. Eventus infelicior laudis, & gloria. Ex quo pro physico fascino resultat solidum argumentum. Plutarch. de Virtut. Mulierum, refert de Polykrita, quae civibus suis victoriam captiva dedit: Illa, cum ad portam ei cives obviam processissent, ingentique gratulatione & coronis exciperent, celebrarentque; non ferens gaudij magnitudinem, ibi ad portam moribunda concidit, quo loco humata est. Vocaturque Sepulchrum invidi, quod invidiâ quadam, sorte non licuerit Polykritae frui illis honoribus. Scipiam laetit. Nec mireris. Idem refertur Biscola, Delrius, Plutarch. Zachias, & alij de Eutclide, qui seipsum fascinavit, igitur uti Narcissus sepulchrum videns corruptit gratiam formae, & formam gratiae. Ita Xilander vertit:

Sese ipse videns placidus in fluminis undis,
Livoore insanus perdidit invidia.

Fascinus attraxit morbum, formamque peremit:
Quondam pulcher erat crimibus Eutelides.

Xilander.

Giraldus in Dialogism. 7. (quod prius praecavit Ovidius lib. 1. Amor. Eleg. 14. v. 37. & Senec. in Hercul. Oetao, vers. 735.)

Noxius Eutelides spectans se fascinat ipsum,
In fluvio rapido, morbo est correptus iniquo.

Girald.

Eadem narrantur de adolescente suam formam in puteo contemplante, lib. 3. Antologia. Favet cogitationi Porta, ubi supr. Sic regulus vitam, qui aspectu venenum excitat, & radijs virulentos infigit ictus, cum speculo autem reciproco iaculatu in sui auctorem retorquentur. Rationem adducit Plutarch. ubi supr. in Sympo. Respirant (ait) in se ipsos, quae se contemplantur, ut quod incommodaverunt alijs, eo ipsi perstringantur. Ni dicere velimus, quod iam fascinati ab alijs, fascinantes fiunt. Unde Plinius lib. 28. cap. 3. subdit: Tantum remanet virus, excepto semel malo, ut venefici fiant, venena passivi. Quod quidem naturale est, modo non evaporatus sanguis putridus coagulatus in oculis. Si in se ipsos vibrant venena fascinantes, quantum virus in degeneres, si in receptiones faciles;

Basiliscus quomodo se venenat?

Porta.

Plin.

Car cuncti a fascino non nocentur?

Igitur aliquando propter complexionem non nocent, vel quia radios noxios emissos facile expellunt, ut asserit Lucretius lib. 4. vers. 720.

Cum tamen haec nostra aces nihil ledere possint,
Aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus illis,
Exitus ex oculis liber datur in remeando,
Ledere ne possint ex ulla lumina parte.

Lucret.

Igitur patet fascino: quandoquidem nihil aliud est, & astruit Sixtus Senens. in Biblioth. lib. 6. Annot. 276. quam ab oculis animalium noxij spiritus, & maligni afflatus ad res visas.

Vallef.

55 Halitum pestilentem, & venena in homine fatetur Vallefius. Unde infert: Quae tamen omnia, si a simi affectum, eius qui effascinet, tollas; minime videntur dici videre effascinatores, & effascinationes sed affectiones venenosae: neque venenosus illi homines fascinatores, sed venenosus, ut viperæ, & scorpiones, & bufones, ac multo magis basilisci. Itaque ut alia animalia effascinantia nemo vocat, sed venenosa; ita neque tales homines est, quod voces fascinatores. Cedit causâ iam Vallefius, ubi confugit in discrimina vocis. Nos dicimus fascino, quod ille venenum. Si venenum in oculis apicentis in aspectum (ut vidimus in diffinitionibus) est fascino, & in oculis admittit huiusmodi venenum; quo iure negat entitatem physicam fascinationis, & homines reunit, dum virulentum signat, appellare fascinantes? Fallitur etiam proferens animantia vocari venenosa, & non fascinantia. Tunc proprie esse fascinationem quandam, ut à Basilisco, ille immediatè dicit. Et Contr. Gesner. de Catoblepa, cui occurrerunt milites Marij, infert: Quemcumque intuetur, interimit, non spiritu, aut oris halitu, sed nescio qua vi ab oculis eius emissâ. Et Plinius lib. 7. cap. 2. ex Ciceron. dicit: Adeo natura, cum ferarum morem venenandi humanis visceribus in homine genuisset; gignere etiam in toto corpore, & in quorundam oculis quoque venena placuit: ne quid usquam mali esset, quod in homine non esset. Patet in fascinantibus malum, quod tam in animantibus, quam in hominibus dicit venenum.

Quod in oculis venenum dicitur fascino.

Gesner.

Plin.

56 Ultima ratio pro fascino perspicua est. In multorum oculis invenitur medela in ægri-

ægritudinem. Si in oculis morbis remedium, quare ab oculis expellitur fascinationis danum? Plutarch. loc. cit. 99. Convolv. inquit: Speciosorum lumina, etiam si ex spatio multum remoto, mutuo amantes aspiciant; flammam tamen in amantium animis accendant. Atqui interiorum remedium subinde videmus: qui si rupicem (regio morbo laborantem: Nostrates, Tricia) inspecerint, curantur. Ea enim vis esse & temperatura videtur huius avis, ut allicere & recipere morbum illum per oculos, sicut staturiginem exilientem queat. Hinc non intuentur rupices aurigine laborantem, nec sustinent; sed averfantur, oculosque tenent lumina, non quod invideant auxilium suum, ceterum quia sicent ab ictu sauciantur. Et pro nostra conclusione infert: Prae ceteris morbis maxime & celerrime lacus oculorum perturbationes recipiunt illi, qui cum eo vitio affectis versantur. Idem de Oropendola, seu Ictero dicit Epiphanius in Physiolog. Symbol. 23. & Plinius lib. 30. cap. 11. Avis Icterus vocatur à colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt, & avem mori. Sic homo videns prius Basilicum, interimit, & econtrâ, ut alstruit Bultamante de Reptilib. Sac. Scrip. lib. 3. cap. 17. Imò ipse Vallef. loc. cit. prodit: Ut vipera homini, & homo viperæ habet salvam venenosam. Lucretius:

Acres venenum

Est utique ut serpens hominis, quae tacta saliva
Disperit, ac sese mandendo conficit ipsa.

Plinius lib. 7. cap. 2. Hominibus contra serpentes inest venenum: feruntque ictus saliva, ut ferventis aquae contactum fugere. Quod si in fauces penetraverit, etiam mori: idque maxime humani ictus oris. De lepore marino, de quo supr. egimus n. 46. idem infert: Plia. Invicemque ibi hominem illo pro veneno esse, ac vel digito omnino in mari tactum mori. Et lib. 28. cap. 3. Quorundam hominum tota corpora prosunt, ut ex bis familijs, quae sunt terrori serpentibus, tactu ipso levant percussos. Ex qua familia legatus Exagon, à Consulibus Romae in doliu serpentium coniectus experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum praebuit. Atque eorum sudor quoque medebatur. In insula Nili Tentyri nascentes, tanto sunt crocodili terrori, ut vocem quoque eorum fugiant.

57 Alia etiam diximus Tom. 3. Tautolog. 12. Did. 5. n. 15. de Psyllis terrore venenatorum. Unde Lucanus lib. 9. Pharsal. à v. 907. & 925.

Sic pignora gentis

Psyllus habet: si quis tactos non borruit angues,
Si quis donatis lustris serpentibus infans,
Nam primum tacta designat membra saliva,
Quae cohibet virus, retinetque in vulnere pestem.

Ælianus lib. 1. de Animal. cap. 75. idem dicit: Enim vero Psyllorum gens ab eis si mordetur, non modo non sentit morsum; sed eos etiam qui in id mali inciderint, facile sanant. Iterat lib. 16. cap. 27. & seq. infert: Solam salvam ictus morsu videtur inspuens, dolorem mitigat, & stringit. Nicander in Theriac. fucini:

Audivi Lybicos Psyllos, quos aspera Syrtis,
Serpentumque ferax patria alit populos,
Non ictu infictum divo, morsu venenum
Ledere: quin laetit ferre & open reliquis,
Non vi radicem, proprio sed corpore iuactio.

Eadem Virgilius, uti vidimus n. 41. Plinius lib. 7. cap. 2. Quorundam corpore partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextero pede. Novi Monachum, cuius pedis planta torminis praefens remedium. Salmanticae fuisse puerum, qui solo tactu cunctis morbis medebatur; asserunt Michael, de Recla in Deum fide, cap. 7. & Nierenberg. in Oculis. & curios. philosop. lib. 2. cap. 23. Coel. Rhodigin. lib. 11. cap. 23. ait: Scribit Avicenna tempestate sua vixisse hominem, quem fugerent serpentes, & venenata omnia: morientibus, quae forte cum apprehendissent: inde nihil omnino lesum. Sic alia quae videris apud Reies Franco, in Camp. Elyso, q. 24. Sic plerique (ait Porta loc. praef.) viri suavia naturae sunt qui tactu infirmitates aliquas curant: multi araneum & oleandarum comedentes, serpentumque morsus floci faciunt, nec tamen sentiunt; si similem sortiuntur naturam, quorum obtutus, vel emanans spiratio non solum homines, sed plantulas emaciat, non nisi oculorum vi. Unde fateri debent Vallefius & Delrius fascino physicum, nimirum malignum ex oculis morbum; cum videamus solo intuitu, aut obruto sanari agrum, quod difficillius est: igitur, ut ait Aristoteles 7. Problem. facilius est aliquid inferre, quod symmetriam humorum, & proportionem corrumpat,

In oculis aliis quaedam arietinini medela.

Plutarch.

(Aeri conatio.)

Plin. Saliva hominis venenosa viperæ & econtrâ, Vallef. Lucret.

Qui homines serpentibus & venenatoris terror.

Qui Psyllis

Lucanus

Ælian. Saliva hominis salutaris.

Nicander.

Plin.

In aliquibus humani corporis mirabilia virtus.

Coel. Rhodig.

Cur difficillius ab oculis, & facilius uocatur.

quàm prænaturalitèr deturbatam in suum statum restituat: maximè cum sanitate sit ex quiete, & agritudo ex motu. Datur virtus ab oculis, ergo vitium. Hinc Ecclesiast. 33. 15. dicitur: Contra malum bonum est: contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator: & sic intueri in omnia opera Altissimi. Duo & duo, & unum contra unum. (quam auctoritatem in physicis exponit præfatus Vallef. Philosph. sac. cap. 75.) indicaturque clariùs cap. 42. 25. Omnia duplicia, unum contra unum, & non fecit quicquam deesse.

Sap. 4. 22. Galat. 3. 1. Aliquibus placuit astuere in fascino, quod dicitur Sapient. 4. 12. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, &c. ad Galat. O insensati Galata! Quis vos fascinavit? Quasi ex oculis virium: pro fascino habetis efficac ad veritatem amuletum. Ante quorum oculos Iesus-Christus præscriptus est, & in vobis crucifixus. In his ergo testimonijs fascino haud accipiendum physicè, sed metaphoricè ut diximus n. 53. & 54. igitur cum effectus fascinationis sit debilitas naturalis virtutis, & deliquium mentis; deceptio & vitia operantur in sphaera animi, quod fascino in corpore. Quapropter Seneca lib. 3. de Ira, cap. 8. A conversantibus mores trahuntur: & ut quidam in contactu corpore vitia transiunt, ita animus mala sua proximis tradit. Hinc David: Cum perverso perverteris. Menander, & Homer. 17. Odyss. v. 217.

Fascinum metaphorice.

Senec. Pſalm. Menand. Homer.

Cum malis conversans, & ipse evadens malus. Iam valde omnino malus malum ducit.

Tunc fascino ubi est iraductio.

Seductio dicitur fascino, maximè dum non cognoscitur; & vaser versipellis ita tradit fraudulenter, ut delusus ignoret, sequaturque damni & malignitatis tenebras, quasi sequeretur lumen. Hispanicè: Embaucar. Sic exponendum, Quis vos fascinavit? Ideo præmittit Paulus: O insensati! Parvuli, sine reflexione in dolum: faciles corde, credentes cito, & illusi mulcimine verborum; ductique, quod seductores ducunt. Hæc fascino animæ; ut optimè observat Vallesius loc. cit. & Cælius Rhodigin. ubi supr. Quapropter eadem metaphorà dicitur de Assyrijs superventuris in desolationem Ierusalem: Mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio. Id est, quos fascino non poteritis: quandoquidem nec dona, nec munera, nec mulcimum verba valebunt, ne vos destruant, & captivos, qui servati, ducant.

Ierem. 8. 17

Sapient. ubi supr. Vatabl. Alapid.

Sub eadem metaphora, sed aliter, quippe dista materia, sumendum est fascino in textu Sapientie. Fascinatio nugacitatis, hæc est traductio ex vanitate, amore proprio, & vanagloriæ philtro. Unde Vatabl. Fascinum vanitatis, que honesta sunt, obscurat. Alapide: Obscurat fascino bona, id est, corrumpit, & ludit, quemadmodum fascinador oculis, aspectusque faciem infantis, quem aspicit, ita insicit; ut quandoque enecat. Huiusmodi inanis gloria, sive philautia oritur ab assentatione, quæ quidem homines demeritat, maximè si sibi arrogat, quæ à Deo donata, vel sese magnæque propter dotes plausas, vel plures pluvie arbitrantur, quàm sint, & vento extenduntur & artolluntur, quod totum nugatio est, ex qua fascino, sicut diximus n. 54. de illis, qui se fascinoarunt. Hincque, cum iustus polleret commendabilibus charismatibus, preciosisque gratijs, divinæ bonitatis instrumentis; sublatu maturè (licet, oculis insipientium, immaturè) ne malitia mutaret intellectum eius, & huiusmodi fascino obscuraret bona, & concupiscentia avida laudis mutaret intellectum sine malitia. Amuletum in huiusmodi fascinationem est despectus sui, signatus per spuicionem, ut diximus supr. n. 53. & in Didasc. 6. Theocrit. Bdyll. 6. v. 31.

Assentatio demeritat, acritu philautia.

Despectus sui amuletum philautia.

Theocr.

Et Iuvenalis Satyr. 7. v. 111. simulque Aul. Gellius Noct. Atticar. lib. 9 cap. 4.

Iuvenal.

Qui venit ad dubium grandis cum codice nomen, Tunc immensa cavi spirant mendacia folles, Conspuiturque sinus.

Thren.

Aptius Ieremias Thren. 3. 51. Oculu meus deprædatus est animam meam; quippe malignitate infatuavit, quasi rationis & mentis impotem. Humilletur igitur sub potenti manu Dei, ne donis dignatus à se, vel ab alijs nugaciter fascinoetur, si in nobis navigendus extollitur. Noli stipulata, sed ab alijs expecto meliora. Suo quisque gaudet voto, & abundat (ni superabundet) in proprio sensu. Patet iam ad oculum nequam: nempè, malum, fascinoantem, malignum, virulentum. Ergo ad alias Tautologias.

60

Sicut per oculum nequam & malum, dum dicitur, uti vidimus: Malus est oculu nequam, intelligitur superlativum, q. d. Pessimus, malignissimus; ita in alijs factæ paginæ auctoritatibus: qui quidem usus apud AA. classicos non infrequens. Me miserum mi-

Ecclesi. 35. 14.

miserè: Aristophan. in Pluto, Act. 4. scen. 3. v. 2. Prævos & sceleratos. Ibid. Act. 2: scen. 5. v. 4. Plant. in Baccid. Act. 4. scen. 6. v. 14. Malus, sacer, scelestus. Et in Amphitr. Act. 1. scen. 1. v. 158.

Aristoph.

Pessimum est fascino, Nequiter ferire malum malè.

Plaut.

Id est, gravissimè, molestissimè. Catull. de Coma Berenices, v. 84. Impuro dedit adulterio. Et Alcim. Avit. lib. 5. v. 740. Quo mala noxa perit. Ita per superlativum (quippe illis caret Hebræi) adiuncto duplici nomine, vel nomini adverbio, exprimitur germana expositio illius Pſalm. 118. v. 78. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me. Si iniquitas res iniusta, additur iniuste, ut qualitas iniquitatis demonstretur: vel modus iniquitatis, in quo alia iniquitas: itaque dum simul explicantur, signant gravitatem iniquitatis. Q. d. Iniustum iniuste fecerunt. Id est, sine causa, gratis: ut placet Lorin. Sine ordine iudicij: Glossæ Interlin. Falsò: Genebrardo. Si sumitur iniquitas pro pœna iniquitatis, præut cogitat Incognitus, & sæpe sumitur peccatum pro pœna peccati, uti latè videbimus Tautolog. 7. sentus erit sine modo, sine causa, quia cogitaverunt, inaudita parte, pœnam mihi intulerunt. Cuncta consona, sed cuncta contrinentur in nostra expositione per superlativum. Nimirum, iniustissimè, iniquissimè procefferunt: igitur in me infurxerunt fractis in iudicio cunctis repagulis iuris; eo modo, quo diximus n. 35.

Pf. 118. 78.

Duo nomina, vel unum additè equi valent adverbis pro superlativo.

Lorin. Intercl. Peccatum pro pœna peccati.

Difficilius argumentum occurrit ibid. v. 119. ubi: Prævaricantes reperitavi omnes peccatores terræ. Licet iuxta dicta exponere possim, Davidem, qui fecit iudicium & iustitiam, malum decernere, ut malum, bonum ut bonum: minime uti pessimi iudices, qui dicunt bonum malum, & malum bonum; in quos lex Deuteronomij 25. 1. quæ iubet impiare impium, ut legit Maluend. & improbare improbum, ut vertit Oleaster: quia aliquid arcanius latet, alia expositione textus indiget. De prævaricatione dicimus Tautolog. 7. & præsentem facile elidunt Hieronym. dicens: Peccatores pro nihilo reputavi quasi scoviam. Symmach. Quasi vinacea. Alia: Quasi qui quisque. Intelligerem in voce Prævaricatore, homines faciles & leves, qui modo his, modo illis inclinantur, & gressus dirigit, sensu, quo supr. n. 34. accipitur vox Nequam, pro re futili. Verum quia sensum testimonij enucleat Versio Chaldaica, iuxta illam aptè, ni fallor, exponenda Tautologia. Quasi idola iudicavi omnes peccatores terræ: id est, gentes, in univerſa terra adorantes idola. Præmissi iam, quid idola n. 4. & 33.

Ibid. vers. 119.

Peccator nihil.

Hieron. Symm.

Chald. Idola nihil.

Idolum nihil est nisi marmor inutile, cuius est proprium, nunquam vivere, scire nihil.

Unde Paulus 1. Cor. 8. 4. Nihil est idolum in mundo: id est, nihil representat; igitur quod Numen representat, non est. Idololatri in adoratione simulachrorum videtur non solum non peccare; sed religiosos esse: verum ego peccatores, scelestos, & sacrilegos reputavi. Persuasum habent, quoniam bona sunt: ait Sapient. cap. 13. 7. & errore ducti, licet prævaricentur, sibi videtur optimi. Via stulti recta in oculis eius. Prov. 12. 15. & 16. 25. Est via, quæ videtur homini recta, & novissima eius ducunt ad mortem. Hinc pessimè pessimi dicunt: Nonne bene dicimus nos! Ioann. 8. 48. Seneca Epist. 45.

1. Cor. Idololatra pios se iudicant.

Sapient.

Pro bonis mala amplectimur, & vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt. Et Epist. 103. Illos quoque nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoica sectæ hortantur ad vitia. Gregorius Magn. Epist. 24. Sæpe vitia esse virtutes mentiuntur. At summa vitiorum huiusmodi error: igitur mala sua, quod malorum ultimum est, ambiunt, & flagrant amant. Obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes; stulti facti sunt. Evanuerunt sanè in cogitationibus suis: Mercedem erroris sui in semetipsis recipientes, uti dicit Paulus Rom. 1. 21. & 27. Vivide expressit vel Ethnicus, Stoicus Cordub. Epist. 39. Tum autem (ait) consummata est infelicitas; ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent: desinit esse remediò locus, ubi quæ fuerunt vitia, mores sunt. Ita igitur intelligitur illud Prov. Errant qui operantur malum. Haud quia malum sine errore: sed quia illis videtur non errare, vel in ingentium errore malorum: lætanturque cum malefaciunt, & scelus amplectuntur animo, arbitrantur se obsequium præstare Deo. De his fatuus erat Episcopus Laodiceniensis, in quem invectur Christus, Apoc. 3. 17. Dicit, quod dives sum, & locupletatus, & nullus ego: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Vide Aristotel. 1. Rethor. cap. 11. Cicero, 5. Tuscul. qq. & Erafm. in Chilian. 1. Cent. 2. adag. 15. Patet ex his in testimonium Davidicum. Idololatri videtur errore ductis, placare Deos execrandis sacrificijs, & religione pollere sed

Summum malum malum sub larva est virtutum.

Gregor. Magn. Cæcitas phi lautie.

Rom.

Senec.

Prov. 14. 22.

Error summus, non cognoscere errorem.

Apocal.

Cacitas peccatoris.

ied reputavi pravaricantes (primò pravaricatos, deinde pravaricantes, postremò pravaricatores) alios in errorem inducentes induciti, quin sibi placentes errorem cognoscant, cum eximie amentes plaudant.

Dan. 12. 10.

62 Ex his, proclivis interpretatio testimonij Tautologici Danielis: scilicet, *Impie agent impij, neque intelligent omnes impij.* Confectudo, uti frequenter experimur, est altera natura. Unde Augustin. 8. *Confes.* cap. 5. *Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat: quippe ex voluntate perversa facta est libido; & dum servitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: consuetudo adversus me pugnator ex me facta erat; quoniam volens, quò nollem, per-*

Vt consuetudinis prave.

August.

veneram. Sic illud.

*Naturam expellas furca, tamen usque recurret,
Et male perumpet furtim vestigia vitiorum.*

Gregor. Magn.

Peccati peccati.

Peccatum, quod penitentia non deletur, ipso pondere mox ad aliud trahit: iusto enim iudicio Omnipotens Deus cor peccantis obnubilat; ut precedentis peccati merito, in alia cadat. Ita Gregor. Magn. 25. *Moral.* cap. 9. *Sape peccatum est effectus peccati, & causa peccati.* Unde obcecati peccatores traduntur in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt: equidem cum impij raro respiciant, maxime si facinus bene celsit (ut vidimus num. 1. de quo queritur *Jeremias cap. 12. 1. & David Psalm. 93. 3.*) labant in meride, & impingunt. *Vulnere vetusto & neglecto callus obducitur: & eò insanabile, quò insensibile sit.* Processu temporis, si assuescas, iudicabis non adeo grave: populo post nec senties: paulò post etiam deletabit. Ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa in aversionem. Hec Bernard. 1. de *Considerat. ad Eugen.* cap. 2. Sic igitur impij impie agent: siquidem ex consuetudine necessitas, & ex necessitate consuetudinis inolefcit iniquitas.

Bernard.

Quibus dispositionibus cor durefcit?

Apoc. 22. 11.

63 Eodem sensu dicit Angelus Apoc. 22. 11. *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Mirum, qualem, quantam, & quam latam telam orditur circa huius auctoritatem Caietanus, *Tentac.* 8. quasi, 5. Saltat, sed extra chorum; quippe de ordinatione præcitorum, & prædestinatorum plura comminiscitur, quæ ad rem non pertinent: dicit mira de lente; sed in textum, summum avie. Per Hypallagen intellectò præfenti optativo, pro futuro, ut dicemus alibi, & diximus sæpe Tomis prioribus, facillima & germana auctoritatis expositio. Q. d. *Qui nocet, noceat adhuc: qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Quod quidem ex alijs Scripturæ testimonijs perspicue constat. *Ecclesi. 3. 29. Cor nequam gravabitur in doloribus, & peccator adijciat ad peccandum.* Paulus 2. *Timoth. 3. 13. Mali autem homines (inquit) & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes: equidem dimissi in desideria cordis, obcecati erunt in adinventibus suis.*

Hypallage in Scrip.

Ecclesi.

2. Timot.

Peccator si ne penitentia semper tendit in peiora.

Juvenal.

*Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno
Flagitio? Dabit in laqueum vestigia noster
Perfidus, & nigri patietur carceris uncum, &c.*

Ait Juvenalis *Satyr.* 13. vers. 243. *Nec ideo relinquit, quippe indoles prava, consuetudo incurva, malignitas experta, inclinatio maligna.* Hinc dicitur, ut vidimus num. 36. non impietas hominis, sed impietas impij. Et 1. *Reg. 24. 14. Ab impijs egredietur impietas: etenim mala arbor non potest bonos fructus facere, neque Æthiops pellem, nec Pardus maculas, nec Lupus mores mutat.* Mala mentis malus animus, & expressio iniquitatis ex abundantia cordis. Hic est thesaurus impiorum: & malus homo de thesauro cordis sui profert malum. Ita ab impijs egreditur impietas, igitur prodit quasi ex adipe iniquitas. Impij impie agunt & agent: qui in sordibus, sordescunt; nocebunt, qui nocent; quoniam adinstat serpentium & araneorum sine veneno arescunt & moriuntur. Euripides in *Orest.* vers. 162. *Inustus iniusta dixit.* Et in *Heecub.* vers. 595.

Ezech. 18. 20.

Mala mentis malus animus.

Basiliscus semper virulentus.

Eurip.

Et cancer quibus.

Aristoph.

Inter homines semper malus, nihil aliud, quam malus.

64 Roboratur cogitatio ex *Ecclesi. 1. 15. Perversi difficile corriguntur.* *Hebr. Curvum non potest dirigi.* Et Paulus ad *Hebr. 6. 4. Impossibile renovari ad penitentiam.* de quo late egimus *Tautolog. 1. Didasc. 3. à num. 9. & Aristophan. in Pace, Act. 2. vers. 164.*

*At nunquam rectè officies incedere cancrum:
Nec facies unquam, ut levis fiat asper echinus.*

Vide Plutarchum de *Liber. educ.* Callen. lib. 3. de *Pulsu differ.* item Suid. verb. *Cacos.* Hæ igitur ideo uti impij agent impie, quoniam operantur maxime iuxta intellectum;

sed

sed iuxta præ consuetudine inolitum. Hinc additur: *Impie agent impij, nec intelligent:* quasi effectus peccati, cacitas, & vomica insensibilitas: perperamque revocabuntur in frugem, non cognoscentes, sed plaudentes errorem. Ideo Syr. *Peccatores peccabant: igitur non intelligunt illicita non licere.* ut ait Gregor. Magn. 2. *Dialog.* cap. 3. Unde humilimodi tenebræ, & erroris sparsio? Promit affabre Seneca, *Epist. 94. Non licet, inquam, ire rectæ viæ: trahunt in prævum parentes: trahunt servi: nemo error uni sibi, sed demencia spargit in proximos, accipitque invicem: & ideo in singulis vitia populorum sunt.* Seneca, *quia illa populus dedit.* Dum facit quisque peiorem, factus est. Didicit deteriora, deinde docuit: effectaque est ingens illa nequitia, congesto in unum, quod cuique pessimum scitur. Aurea & vera: utinam falsa!

Si insensibilitas, voluntas insensibilis.

Extorla peccantium quam præ-

65 Hæc de litera Tautologiarum. Versiones principalis ferè in eundem sensum, ut vidimus. *Ne forte elevatis oculis, videas Solem & Lunam, &c. & errore deceptus adores.* Syr. *Perf. Complut. & Oleaster: Ne impellaris, ut adorationem exhibeas.* Rabb. *Ionath. Et erretis.* Maluend. *Non procumbere te facies eis, & non servies, nec coles.* Modò in *Didascalias.*

Varietas Lecti.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus ex curs.

1. *Errore deceptus adores.* Cave. Gentilium in fidem designatur conversio, ubi inesset deceptionis ex tanto errore cognitio. Errabant decepti fiderum pulchritudine: patet error ex mentis deceptione, nequaquam ex voluntate: equidem in Magis illuminati iam non errant, quoniam non fidus, sed verum Numen adorant.
2. *Ne astra errore deceptus adores:* igitur error erit, dum signa temporum; & nequaquam deceptio, si mysteriorum: quippe si salus ex Cruce, ac Crucis figura in lumine firmamenti; Crucis exhibenda est adoratio, cuius signum infirmis fulget in celo.
3. *Ne errore deceptus adores;* quippe furor, ubi in errore non cognoscitur error: igitur impossibilis criminis è mente respicientia, modò adorentur, uti numina, crimina.
4. *Ne errore deceptus adores.* Et si erres, nè decipiaris: etenim si crimen erroris pravitatis, deceptio erroris voluptas; maius periculum quam in errore criminis, in crimine deceptionis: etenim altè crimina sedent, si vitia placent.
5. *Ne errore deceptus erres,* dum fueris Iudex: errat, qui sine legis cognitione iudicat: decipitur in errore; qui vult, & cognita lege, errare: additurque errori deceptio in huiusmodi iudicio; quippe nullum, ubi cui vult, Iudex favet, contra legem quam cognoscit.
6. *Ne errore deceptus adores,* & adoratione erres. Amor proprius erroris atque deceptionis labyrinthus: etenim si error adorare simulachrum; error & deceptio adorare seipsum.

DIDASCALIA PRIMÀ.

*In Magis Regibus pretiosa tam munera
quam officia.*

Christus natus Gentilibus, & agnitus.

SOI Christus ortus, vel in nube carnis, illuminavit sedentes in tenebris, & umbra mortis: equidem quæ tot retrò sæculis noctem amplectebatur amicam, vidit uti cæca gentilitas lucem magnam: clarescente flammâ potius amoris, quam ignis orientis Iusticia Solis; ubi etiam illis, & non tantum exortum est lumen rectis. Solem suum oriri fecit Dominus super bonos & malos. Sol hic illuminans omnem hominem præ Sole perfulget Christus; nec est qui se abscondat à calore

eius: etenim illicò ut natus in mundum ecce Magi, duce stellâ, adorare venerunt. Tres Ilij principes Anchises, Æneas, Alcarnius ignorantes viam, viderunt e cælo missam stellam.

—De cælo lapsa per umbras
Stella facem duvens, magna cum luce
cucurrit.

*Illâ summa super labentem culmina recti
Cernimus Idæa clarâ se condere silva,
Signantemque vias: tum longo limite sulcus
Dat lucem.*

Virgil.

Fin.